MONUMENTA
GERMANIAE

Gregorius IX^us^ paterno compassus affectu mitigare
disponeret et eandem sanctam virginem a voto
absoluere paupertatis tam arte, respondit de pec-
catis quidem se velle libenter absolui, non autem
de observandis consiliis Ihesu Christi. Attendens
etiam virgo prudens pro paupertate donari regnum celorum
elemosinarum fragmenta panumque minuci-
as, quas elemosinarii conuentui portabant[a] valde su-
scipiebat hylariter et quasi mesta de panibus
integris, exultabat potius in fragmentis. Cum
foret unicus semel in monasterio panis et ho-
ra iam instaret edendi, dispensatrice recur-
rente ad matrem iussit illa dimidium panis
eiusdem fratribus erogari dimidiumque sorori-
bus reseruatum in quinquaginta dimidi iuxta
earum numerum incisuras; crevit divino
munere inter frangentis et obedientis manus
paruula illa materia et cuilibet de conuentu
ma exstitit porcio copiosa. Modo quoque
consimili cum defecisset oleum ablatum
vasculum virgo preclara propriis manibus ab-
luit confestimque seorsum locatum super
fuso diuinitus oleo usque ad summum
repleri suis precibus impetrauit.

V pars de austeritate vite eius	bis 264^v^ col 2 l. 24.
VI pars de oracione et lacrimis eius	" " " " l. 44
VII pars de ipsius deuocione ad crucifixum	bis 264^v^ col 1. l 29
VIII pars De paciencia ipsius in [in]firmitatibus et transitu mortis et canonizacione	bis " " col 2 l 33

a) ? portabant S.